

omnibus suis possessionibus, redditibus, libertatibus, iuribus et iudiciis, pratis, pascuis, virgultis, piscationibus, viis et inviis necnon cum omni utilitate, quae eisdem inest vel inesse poterit in futurum, beato Johanni evangelistae sanctoque Donato ceterisque Misnensis ecclesiae patronis liberaliter matura deliberatione habita damus, iuri patronatus ipsius renunciantes ipsumque dictae ecclesiae conferentes, ut episcopus qui pro tempore fuerit ipsam capellam uni canonicorum eiusdem ecclesiae emancipato conferat. Institutus tamen in anniversario Theoderici patris nostri bonae memoriae tenebitur canonicis praesentibus et emancipatis, qui vigiliis et missae interfuerint, tria talenta sociisque chori similiter praesentibus unum talentum de ipsius capellae proventibus annis singulis ministrare. Terrae sanctae satisfacere cupientes, prout salutis nostrae visum fuerit expedire, damus insuper eisdem canonicis liberam potestatem de bonis nostris liberis seu infeudatis emendi centum marcarum redditus, quorum bonorum proprietatem in praesenti damus et dabimus cum appensione sigilli nostri, quodcumque emerint, specificaverint sine difficultate et contradictione qualibet, quodcumque fuerimus requisiti. Testes huius rei sunt nobiles viri Meynherus Misnensis, Albero de Liznig burgravi, Tymo Knûth, Henricus de Slatebach, Theodericus dictus Pubts, Conradus de Luppe, Karl Knûth milites, frater Theodericus de Racowe gardianus Lipcensis et frater Hartungus, Henricus de Zwen, notarius noster et quam plures alii clerici et layci fide digni. In cuius rei testimonium praesentem litteram nostri sigilli munimine duximus roborandam. Actum Misnae in ecclesia maiore iuxta altare benefactorum Petri et Pauli apostolorum anno domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo XVI<sup>o</sup>. Kalendas Septembris.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten Reitersiegel des Markgrafen an Fäden von rother, grüner und blassgelber Seide.

Auf der Rückseite der Urkunde steht von einer alten, fast gleichzeitigen Hand bemerkt: Privilegium donationis de capella sancti Johannis baptistae sita in castro Misne in curia domini Friderici marchionis, qui donationem fecit ecclesiae Misnensi novo suo sigillo sigillatam.

No. 287. 1288. 17. Oct.

*B. Withego verkauft um die Burg Scharfenberg einlösen zu können 56 Schock Getreide bischöfl. Zehnten an einigen Orten über der Elbe an den Domherrn Conrad von Boruz, der zu Gunsten der Domkirche darüber verfügen wird.*

Nos Withego dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis recognoscimus et tenore praesentium protestamur, quod pensatis dampnis et periculis, quae ex alienatione castri in Scharfenbere possent nobis et nostrae ecclesiae provenire, si ad manus extraneas transferretur, cum in proprietate ecclesiae sit fundatum, maluimus aliqua distrahere, praecipue quae apud ecclesiam remanerent, quam quae ad exteros transferrentur, domino Conrado de Boruz concanónico nostro et custodi Misnensi quinquaginta et sex scocos decimae episcopalis, siliginis et avenae trans Albeam sitos, in Paselitz decem et octo scocos siliginis et avenae, Gizlewitz quatuordecim scocos siliginis et avenae, Luboz tredecim scocos siliginis et avenae et in Dalewitz<sup>a)</sup> undecim scocos siliginis et avenae

a) Basslitz, Geisslitz, Altleis oder Nauleis, Dallwitz, sämmtlich zur Par. Lenz bei Grossenhain gehörig.